

ducat · ubi interpsallentium choros consti
tutus decantare ualeas lętus · Sicut audi
uimus sic uidimus in ciuitate dei nostri ·
in monte scō eius ·

Omnis igitur regularis monochordi
constitutio · secundum pręclaram diser
tissimi uiri Boetii instructionē in xv
cordis consistit · per quas tocius harmo
nię uis rata connexione decurrit · si
tamen cynhxhnwn non desit Quę in
quatuor diuiduntur tetracorda · his
nominibus discreta · Tetracordum gra
uium · tetracordum finalium · tetra
cordum superiorum · tetracordum
excellentium · Tetracordum grauiū ·
eo quod sit infra finalium · et reddat
sonum omnium grauissimum · Tetra
cordum finalium · eo quod in eo finis
sit omnium tonorum legitime curren
tium · Superiorum · quod sit superius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1344/0015